

## HYMNES DE SEXTE

### Semaines I et III

**R**ector potens, verax Deus,  
qui témperas re rum vices,  
splendóre mane ínstruis  
et ígnibus merídiem.

<sup>2</sup> Exstíngue flammás lítium,  
aufer calórem nóxium,  
confer salútem córporum  
verámque pacem córdium.

<sup>3</sup> Præsta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spírítu Paráclito  
regnans per omne sáculum.  
Amen.

**M**Aître puissant, Dieu Vérité,  
tu règles la marche du  
temps, / tu formes l'aube en sa clar-  
té, / au midi tu donnes ses flammes.

Éteins le feu des dissensions, /  
calme la fièvre du péché, / apporte à  
nos corps la santé, / à nos cœurs, la  
paix véritable.

Exauce-nous, Père très bon, / et  
toi, le Fils égal au Père, / avec  
l'Esprit Consolateur, / régner pour  
les siècles des siècles.  
Amen.

### Semaines II et IV

**D**icámus laudes Dómino  
fervénte prompti spírítu ;  
hora volúta séxies  
nos ad orándum próvocat.

<sup>2</sup> In hac enim fidélibus  
veræ salútis glória  
beáti Agni hóstia  
crucis virtúte rédditur.

<sup>3</sup> Cuius luce claríssima  
tenébricat merídies,  
sumámus toto péctore  
tanti splendóris grátiam.

<sup>4</sup> Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spírítu Paráclito,  
in sempitérna sácula. Amen.

**C**Hantons au Seigneur nos lou-  
anges / dans l'ardeur d'une âme  
empressée : / voici venue la sixième  
heure / qui nous invite à la prière.

Car la gloire du vrai salut, / du  
sacrifice de l'Agneau, / advient en  
cette heure aux croyants / par la  
puissance de la croix.



À l'éclat dont elle rayonne, / le  
plein midi n'est que ténèbres ; / ac-  
cueillons d'un cœur sans réserve /  
la grâce de cette splendeur.

À Dieu le Père soit la gloire, / et  
gloire à son Unique Fils, / avec  
l'Esprit Consolateur, / à travers  
l'infini des siècles ! Amen.

## JEUDI À SEXTÉ

*Hymne, pages 31-32.*

A. **nd**  
**U** T quid, Dómine, \* recessís-ti longe ?

E u o u a e.

*Quæ non repetitur in psalmo.*

A. Pourquoi, Seigneur, t'éloignes-tu ?

### PSAUME 9 B I

**U**T quid, Dómine, stas a longe, \* abscondis te in opportunitátibus, in tribulatióne ?

Dum supérbit, ímpius inséquitur páuperem ; \* comprehendántur in consíliis, quæ cógitant.

Quóniam gloriátur peccátor in desidériis ánimæ suæ, \* et avárus sibi benedícit.

Spernit Dóminum peccátor in arrogántia sua : \* « Non requíret, non est Deus ».

Hæ sunt omnes cogitatiónes eius ; \* prosperántur viæ illíus in omni témpore.

Excélsa nimis iudícia tua a fácie eius ; \* omnes inimícos suos aspernátur.

**P**ourquoi, Seigneur, es-tu si loin ? \* Pourquoi te cacher aux jours d'angoisse ?

L'impie, dans son orgueil, poursuit les malheureux : \* ils se font prendre aux ruses qu'il invente.

L'impie se glorifie du désir de son âme, \* l'arrogant blasphème,

il brave le Seigneur ; plein de suffisance, \* l'impie ne cherche plus : « Dieu n'est rien »,

voilà, toute sa ruse. \* À tout moment, ce qu'il fait réussit ;

tes sentences le dominant de très haut. \* Tous ses adversaires, il les méprise.

Dixit enim in corde suo : « Non movébor, \* in generatiónem et generatiónem ero sine malo ».

Cuius maledictiône os plenum est et frauduléntia et dolo, \* sub lingua eius labor et nequítia.

Sedet in insídiis ad vicos, \* in occúltis interficit innocéntem.

Oculi eius in páuperem respíciunt ; \* insidiátur in abscondito quasi leo in spelúnca sua.

Insidiátur, ut rápiat páuperem ; \* rapit páuperem, dum átrahit in láqueum suum.

Irruit et inclínat se, et míseri cadunt \* in fortitúidine brachiórum eius.

Dixit enim in corde suo : « Oblítus est Deus, \* avértit fáciem suam, non vidébit in finem ».

Il s'est dit : « Rien ne peut m'ébranler, \* je suis pour longtemps à l'abri du malheur ».

Sa bouche qui maudit n'est que fraude et violence, \* sa langue, mensonge et blessure.

Il se tient à l'affût près des villages, \* il se cache pour tuer l'innocent.

Des yeux, il épie le faible, \* il se cache à l'affût, comme un lion dans son fourré ;

il se tient à l'affût pour surprendre le pauvre, \* il attire le pauvre, il le prend dans son filet.

Il se baisse, il se tapit ; il tombe sur le faible \* de tout son poids.

Il dit en lui-même : « Dieu oublie ! \* il couvre sa face, jamais il ne verra ! ».

## PSAUME 9 B II

**E**Xsúrge, Dómine Deus ; exáltata manum tuam, \* ne obliviscáris páuperum.

Propter quid spernit ímpius Deum ? \* Dixit enim in corde suo : « Non requíres ».

Vidísti : tu labórem et dolórem considéras, \* ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper, \* órphano tu factus es adiútor.

Cóntere bráchium peccatóris et malígni ; \* quæres peccátum illíus et non invénies.

**L**ève-toi, Seigneur ! Dieu, étends la main ! \* N'oublie pas le pauvre !

Pourquoi l'impie brave-t-il le Seigneur \* en lui disant : « Viendras-tu me chercher ? ».

Mais tu as vu : tu regardes le mal et la souffrance, \* tu les prends dans ta main ;

sur toi repose le faible, \* c'est toi qui viens en aide à l'orphelin.

Brise le bras de l'impie, du méchant ; \* alors tu chercheras son impiété sans la trouver.

Dóminus rex in ætérnum et in sáculum sáculi : \* periérunt gentes de terra illíus.

Desidérium páuperum exaudísti, Dómine ; \* confirmábis cor eórum, inténdes aurem tuam

iudicáre pupíllo et húmili, \* ut non appónat ultra indúcere timórem homo de terra.

À tout jamais, le Seigneur est roi : \* les païens ont péri sur sa terre.

Tu entends, Seigneur, le désir des pauvres, \* tu rassures leur cœur, tu les écoutes.

Que justice soit rendue à l'orphelin, \* qu'il n'y ait plus d'opprimé, et que tremble le mortel, né de la terre !

**Lecture brève**

Semaine I

*Am 5, 8*

Qui facit stellas Plíadis et Oriónem, et convertit in mane ténebras, et diem in noctem obsúrat ; qui vocat aquas maris et effúndit eas super fáciem terræ, Dóminus nomen eius.

℣ Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius.

℞ Poténtia et decor in sanctuário eius.

L'auteur des Pléiades et d'Orion, qui change l'obscurité en clarté matinale, qui réduit le jour en sombre nuit, qui convoque les eaux de la mer pour les répandre sur la face de la terre, Seigneur est son nom.

℣ Devant lui, splendeur et majesté,

℞ Dans son sanctuaire, puissance et beauté.

**Lecture brève**

Semaine II

*Ga 5, 16-17*

Spíritu ambuláte et concupiscéntiam carnis ne perfecéritis. Caro enim concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem ; hæc enim ínvicem adversántur, ut non, quæcúmque vultis, illa faciátis.

Vivez sous la conduite de l'Esprit de Dieu ; alors vous n'obéirez pas aux tendances égoïstes de la chair. Car les tendances de la chair s'opposent à l'esprit, et les tendances de l'esprit s'opposent à la chair. En effet, il y a là un affrontement qui vous empêche de faire ce que vous voudriez.

℣ Bonus es tu, Dómine, et benefáciens.

℟ Doce me iustificatiónes tuas.

℣ Toi, tu es bon, Seigneur, tu fais du bien.

℟ Apprends-moi tes commandements.

### Lecture brève

Semaine III

*Dt 4, 7*

Quæ est enim ália nátio tam grandis, quæ hábeat deos appropinquántes sibi, sicut Dóminus Deus noster adest cunctis obsecratiónebus nostris ?

℣ Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum.

℟ Et deprecatióne eórum exáudiet.

Quelle est la grande nation dont les dieux soient aussi proches que le Seigneur notre Dieu est proche de nous chaque fois que nous l'invoquons ?

℣ Le Seigneur est proche de ceux qui l'invoquent,

℟ Il écoute leur cri, il les sauve.

### Lecture brève

Semaine IV

*Sg 1, 1-2*

Dilígite iustítiam, qui iudicátis terram, sentíte de Dómino in bonitáte et in simplicitáte cordis quærite illum, quóniam invenítur ab his, qui non tentant illum, se autem manifestat eis, qui fidem habent in illum.

℣ Spera in Dómino et fac bonitátem.

℟ Et inhabitábis terram et pacéris in fide.

Aimez la justice, vous qui gouvernez la terre, ayez sur le Seigneur des pensées droites, cherchez-le avec un cœur simple, car il se laisse trouver par ceux qui ne veulent pas le mettre à l'épreuve, il se manifeste à ceux qui ne refusent pas de croire en lui.

℣ Fais confiance au Seigneur, agis bien,

℟ Habite la terre et reste fidèle.